



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Lvcensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

subritati consulens Cosmus Medices, Florentiae
& Senarum Dux, à partu virg. Anno 1553. Calend.
Nouemb.

LVCENSIA.

IN LVCAM IVL. CAES.
SCALIGER.

THUSCI delitium, THUSCI laus inclyt a celi,
Iusticie ille so robore Luca potens,
Lucapotens opibus, felix concordibus armis,
Cui veneranda fides, mens pia, pura manus.

IN S. SALVATORE.

Accipe charē pater, quæ natus munera tradit,
Munera si cineri sunt bene grata tuo.
Tu mibi das lucem vitæ, do mortis honores.
Heu, Heu! quām dispar gratia nostra tua est!

IN D. MARTINI.

MONVMENTVM DVCIS ADELBERTI
anno 1006.

Hic populi leges faxi sub mole sepulta,
Hic ius, paxque iacent, hic patriæ auxilium.
Pess claudi, vestis nudi, solamen egeni,
Noster Adelbertus Dux bonus atque pius.
Gentib. externis timor & panor, vnicat tandem
Militibus proprijs gloria summa suis.
Quām fortis fuerit, nouerunt ultima terra,
Quā bonitate fuit, dicere lingua nequit.

P. 4

In sexto

*In sexto decimo Septembre notante Calendis
Membra sua hic posuit funereo gemitu.
Quisquis adis tumulum, culparum facta tuarum
Ante Deum recita, cum precibusque iuua.*

IN DIVI FRANCISCI.

*Augustinus ego Chiuzaneus hic requiesco
Nemo mori nescit; viuere disce, vale.*

IN S. IOANNE.

HIERONYMI VELLUTELLI.
*Hic dum vexillum gerit, & te Luca gubernat,
A coniuratis vulnera saeva tulit.
Felix ille nimis, qui dum cadit Ense, peritque,
Et seruat patriam, de nece victor ouat.*

Anno Domini M. D. XXII. Mens.
Julio. Gerardus F. par. opt. Pos.

IN AEDE SERVORVM.

IANO GRILLO patricio Genuensi patri opt.
ac B. M. Lucas Filius Pos.

*Qui legis, an censes Ianum perisse bifrontem?
Qui ventura vider, lapsaque, non mortem.*

IN PALATIO.

Perlege, quisquis ades, libertatis fautor, &
scias, qualis fuerit in Republica nostra Podio-
rum familia, Horum opera Petrus Cenarius, vallis
ex Antianis, anno 1436. interemptus est. Eius
socij deinde ann. 1522. libertatis oppri-
mæ animo Hieronymum Vellutellum vexilliferum
Institiz fœdissimè trucidarunt. Tota verò
civitate arma contra eos capiente, parricida

auf

refugerunt. Rebelles facti cōscii, capite sunt multati. In alios eiusdem domus multa extant decreta. Deo agantur gratiae, & hæc obliuioni non trādantur,

FLORENTINA.

IN FLORENTIAM IVL. CAES. SCALIGER.

Partua fluentis onis aggèsta Fluentia ripis
Mollia de nitido nomina Flore capit,
Fusilare regnabat: verūm meliora sequutus
Martius antiquas detulit annis opes:
Dinitas Hera: Mercurius discrimina linguae:
Mercurius varias ire redire vias:
Ambitiosa, ferox, bellacia, flammea, Mauors
Pectora, magnificam docta Minerua manum:
Iuppiter ostendit cœlestes mentibus aulas:
Sirenum tribuit dulcis Apollo sonum.
Vra vetus Roma soboles, aliena requiris:
Mutua que proprias vertis ad arma manus.

IN PORTA CIVITATIS.

CAROLVS V. CAES. August, cùm insigni omnium Christianorum beneficio immanem archipiratam regno Tunetano pepulisset fugassetque;
Eculo Neapolitano suis regnis constitutis; Roma profectus Florentiam, hanc portam cum magna pompa ingressus, populo cuncto p̄x lætitia gestiente, ab Alexandro Medices ciuitatis Duce, cui Margaritam filiam desponderat, illustri apparatu, Re-